

**מַשְׁכֵּל** intellectum adhibens ad egenum: ) i. e. qui miseriam ejus tum prudenter dijudicat, ne ex cruce statim aliquod conjiciat facinus aut maledictionem Dei, tum etiam infortunium istud alienum animo condolente expendit, non aliter, ac si ipse met loco talis affliti esset constitutus. Ex quô ultrò fluit cura circumspeta, de ferendis tempestivè remediis, de removendis adversis, de conciliandis patronis, elemosynis, &c. Verbum hoc **הַשְׁכִּיל** intelligens fuit, vel intelligentem fecit alium, (vide Psalm. XIV, 2. & XXXII.) hoc loco sedulam & accuratam, animi applicationem ad proximi indigentiam requirit, & quidem ita, ut non nuda maneat defectuum percontatio aut notitia, sed ut notitiam mentis sequatur commiseratio affectuum, & realis manuum quoque erogatio, vel opus ipsum adjuvans. Hujusmodi metonymiam, vidimus Psalm. XXXI, 8. **וְרֹעֵעַ בָּצְרוֹת**. Sic videre ponitur pro Curare Psalm. XI, 7. &c. Alias verbum hocce **הַשְׁכִּיל** etiam cum **עַל** construitur simili in significatu Attenderi; v. g. Proverb. XVI, 20. **בְּכֶרֶל** מַשְׁכֵּל **עַל** inveniet bonum; pro quo Neb. VIII, 3. dicitur **אֶל** בְּכֶרֶל הָרָשָׁה **לְהַשְׁכִּיל** ut attenderent ad verba legis. Hinc Lutherus eleganter: annimmet: (prius: der sich versteht auf den Dürftigen.) sic & Moguntina: der Verstand hat und sich annimmet um den Dürftigen. Piscator: intelligentia utitur erga attenuatum. Meditationem meretur ulteriore Dn. D. Calovii interpretatio, qui verba hanc de Christo accipit h. m. **beatus qui intellegit** (fide agnoscit & amplectitur) **egenum**, h. e. Messiam nostri causâ exhaustum &c. Jes. LIII, 4. 5. Mat. VIII, 17. 2. Cor. VIII, 9. Psalm. XL, 18.

**דָּל** **egenum:** ) vel viribus aut facultatibus exhaustum, qui v. g. debitum non potest comparare sacrificium, Lev. XIV, 21. qui mutuo cogitur petere vel mendicare, (Deo mutuat, qui **דָּל**) Prov. XIX, 17. cap. XXII, 9. dans ei panem, benedicetur; Job. XXXI, 16. Proverb. XXVIII, 8. cuius oppositum est dives Exod. XXX, 15. Rutb. III, 10. qui alias jacet in pulvere, h.e. in terram usque infra cunctos depresso est, 1. Sam. II, 8. Sic usurpatum etiam de Amnone, ex Amoris vehementia exhausto viribus corporis, vel macilento facto, 2. Sam. XIII, 4. quandoque **תְּלֵל** adjungitur **pupillus**, ceu & ipse persona miserabilis, Psalm. LXXXII, 3. sic de ejus clamore, Proverb. XXI, 13. de ejus promotione in judicio contra oppressores, Proverb. XXIX, 7. Jes. X, 2. XI, 4. &c. Summa: curandus sicut omnis sive ex morbo, sive ex paupertate, sive ex adversariorum potentia aliisque injuriis egenus factus, nostraque indigens ope. Radix **כָּלֵל** exhaustus, attenuatus fuit, convenit cum **כָּלָה** exhausta, v. g. puteum &c. Præcipue vero ex mente Ebræorum intelligitur h. l. attenuatus vi morbi: ex vers. 4. ut proinde nulla inter hunc textum & Exod. XXIII, 3. sit pugna, cum Moses agat de paupere in foro non sublevando in causâ malâ, David autem de miserâ extra forum, veluti id annotavit in Conciliatore suo Menasse B. Isr. quest. 41. ad Exod. accersens simul ex Mischar happeninim, ex R. Mose Albelda in schaare dimba, & R. Ephraim in Holeloth Ephraim, multum ægroti animum sublevari, si visitetur, ab aliis, quod videat esse, qui valetudinis suæ curam gerat, unde & veteres dixeré, eum, qui visitat infirmum, eximere illi unam ex LX. doloris partibus; præterquam, quod teste Cicerone in-

A offic. duplex sit liberalitas; una, quæ ex arcâ proficitur, altera, quæ ex corde, &c.

**בַּיּוֹם** in die: ) h.e. tempore; synecdoche speciei progenere.

**רָעָה** infortunii: ) nomen hoc foeminum (**רָעָה** malum esse) sumitur tam de malitia moralis, quam de malo injucundō ac damnosō; vel de adversitatibus, veluti vidimus Psalm. X, 6. & XXVII, 4. quô sensu posteriore etiam h. l. usurpatur. Et quidem substantivè secundum Grammaticos hanc vocem esse accipiendam (in de malitia vel adversitatis, non in die malo,) docet generis differentia inter hæcce duo nomina; nam **רָעָה** masculinum est, **רָעָה** vero, si à **רָעָה** malus, est foeminum, postmodum tamen per Ebraismum dies mali vel calamitatis idem est ac, calamitosus.

**יְמִלְטוֹה** eripiet ipsum: ) potenter videlicet, magnâque cum gloriâ, ubi alias pio, adeo arcte constricto ac debilitato, de viribus suis planè fuisse desperandum atque pereundum.

### EXPLICATIO VERSUS III.

**יְשֻׁמְרָה** custodiet ipsum: ) in mediis nimis infortuniis, si quæ fortè obtigerint hujusmodi homini benigno; tunc siquidem vicissim benignitate suâ præstò erit ipsi Deus, sollicitè propiciendo, ne vel hostes aut tentationes illi prævaleant, vel ultra modum viresque pii afficti continuerint ille infortuniorum dies, confer 1. Corinth. X, 13. Verbum **שְׁמָר** significat sollicitam alicujus rei vel personæ gerere curam, ubi quis omnibus aliis fermè postrabit, unum illud præ oculis gerit, quod conservandum sibi semel sumvit, instar vigilis, agrum, hortum vel vineam custodientis, aut instar agricultæ, ventos observantis, Col. XI, 4. &c. Ita de Deo, instar pupillæ custodiente suos, Psalm. XVII, 8. & CXXI, 4. non dormiente, &c.

**וַיַּחֲיוּ** & vivificabit ipsum: ) h.e. in vita servabit, vel si civiliter ob miseras mortuo ferme sit similis, ad novam atque meliorem eum revocabit vitam, & denuo quasi exsuscitabit. Hoc modo verbum **חַיָּה** vixit, in hiphil accipi, tum de vita collatione, tum de collata continuatione per mediorum videlicet necessiariorum subministracionem, observavimus Psalm. XXX, 4. Confer Psalm. LXXI, 21. iterum vivificasti me, Psalm. CXIX, 40. in justitiâ tuâ vivifica me, i.e. recrea vel refocilla & vires amissas in me restaura. Lutherus, beym Leben erhalten. Moguntina: der Herr erhalte ihn beym Leben.

**אֲשֶׁר** beatus erit: ) h. e. benè habebit tum quoad corporis, familiæ aut facultatum constitutionem externam, tum præcipue quoad tranquilitatem animæ ac dona spiritus interna; vel sufficieret instructus erit iis, quæ ad veram hominis pii faciunt beatitudinem. Verbum hoc, quod descendit ab **אֲשֶׁר** incessit, & in piel, felicem aliquem depraedavit, vel feliciter incedere fecit, occurrit in hac conjugatione secundâ passivâ præter, hunc locum tantum binis in locis, videlicet Prov. III, 18. quisque apprehendentium sapientiam **מְאַשְׁר**: & Jesa. IX, 15: **מְאַשְׁר** beatis eis (i.e. falso de beatitudine persuasi) erunt perdit. Confer de beatitudine falsâ Psalm. CXLIV, 11. seqq. item de decem felicitatibus hujus seculi Sirach. XXV, 9: & de vera pii felicitate in his terris Psalm. CXXVIII, 1. seq.

אֲלֵה

669  
qui propr  
obj. nom. g.  
panitur  
convenit r  
LXVI.  
הַתְּהִלָּה  
ter: pro, I  
equitur pe  
ersonarum  
IL, 18. De  
XL, 5. LII.  
כְּבָד  
rd permitt  
is. Anima  
el caufis pe  
is locution  
u. ne des  
ge 22. Ce  
nde Luther  
tum etiam  
EX  
fua  
do & instaur  
frontes con  
serbò 72. fi  
god lapsu  
tines suff  
noque cor  
sequam sun  
mentorum  
nema. Atq  
hominis  
liferet, Gen.  
Bab. CIV, 15  
tione, Psalm. 3  
unfulcience  
tate verit.  
super  
lati, in quâ  
tus, Amos. V  
exponda O  
sumus, Psalm.  
umbiali, P  
miserit agroti  
i que ipsa  
na inducitio  
debilita  
us nullibi in  
dvero à radi  
Langida  
am, Lev. XII  
Tiron, I, 13. ite  
Jes. I, 5. 72 & 73.  
Quapropter  
arem vel m  
igit lecto:  
Cleopatra;  
ius: quz ip  
lam in ver  
specialiter R.  
tour de die n  
limum etiam  
נְגַדְתָּה